



Universitätsbibliothek Paderborn


**Hydra Prophanarum Novitatum, Sive Descriptio
Historico-Theologica causarum principalium omnium
irrepentium Hæreseon ac Schismatum: unàque Generalis
earundem prophanarum Novitatum confutatio**

Alexander <a Sancta Theresia>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Appobationes Theologorum Ordinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35361



APPOBATIONES Theologorum Ordinis.

Cuiusvis hæresis (addo & PROPHANA-
RUM NOVITATUM) sectatores ex di-
vinâ scriptura hæresis suæ (nec non PRO-
PHANARUM NOVITATUM SUARUM)
causas colligere, & quæ bene sunt à Spiritu san-
cto dicta, pravis suis opinionibus corrumpere, at-
que ita in sua ipsorum capita inextinguibilem
flammam excitare, dilecto Fratri & communi-
stro suo, olim scribebat S. N. Cyrillus Archi-
episcopus Alexandrinus. Causam hujus tam
execrabilis defectus idem S. Pater insinuat-
rus alibi, sicut eam veris ac vivis exprimit colo-
ribus: quod valde arrogantes sunt ac putant, Idē Dia-
quod possint sapere & loqui abstrusius quiddam log. de
quam alii, adornareque verborum pugnas, unde Trinit.
videantur in bonis artibus enutriti esse, & posse lib. 2. pag
suarum cogitationum versutiis in omnia validè mihi 248
trahere eos, qui simpliciter vivere voluerint, dum col. 1. C.
arundineum quodammodo suis animabus sub-
dunt baculum, mundanam sapientiam, & ad-
ulterinorum sensuum paleas colligunt, quondam re-
titudine dogmatum non aberrare, opinor, existi-
mentur. Non enim animadvertisunt quod sanctus
Chorus filiorum Aaron igne exustus est, quia
Sacerdotium vi invaserat, & adulterinum al-
tarri ignem attulerat, neque obtemperarat legi
clamanti: & non inferes abominationem in
domum tuam, & anathema eris, quemadmo-
dum

S. Cyril.
Epist. 28.
in fin.

dum & hoc offendiculo graviter ostendes , &
abominatione abominabilis eris , quia ana-
thema est . Verè enim alienus Deoque non
dignus est , fervidus mentis impetus , diabolica
sapientia plenus , & non sacrâ scripturâ accensus .

Idem
Dialog.
de Trinit
lib.1. pag.
mihi 239.
col.2.B.

Videor mihi ad hæc audire HIEREMIAM
apud eundem S.Cyrillum replicantem : Recte
dixisti sed non persuadebis , ut eadem quæ tu ,
sentiant & adversarij : Nam sicut vituli abar-
mentati & dispersi , eunt recte ad id quod sibi ar-
ridet , & præter cursis optimis & verè pulcherri-
mis pascuis , ad tribulos festinant & spinas , dum
pascuntur imprudentium quorumdam falso-
rum doctorum sermonibus , & sapientia sermo
eos deploravit . O vos , inquit , qui reliquistis vi-
as rectas , ut iretis in vias tenebrarum . Quis
le tamini in malis , & gaudetis in iniuitate
prava , quorum semita perversa & flexuosa viæ
eorum . Non abnuit quidem S. Cyrillus ;
quin imo annuit omnino , ibidem sub-
dens : bene dicas , deplorare eos etiam decet
cum Propheta Hieremia , qui inquit : quis da-
bit capiti meo aquam , & oculis meis fontem
lachrimarum , & plorabo populum meum
die ac nocte . Nam qui insipienter neglecta
veritatis via declinant ad imposturas & sub-
versiones , & ad PROPHANA MENDA-
CIA ; quomodo non erunt digni luctu ? & ex
nobis quidam exierunt , ut sanctus quidam disci-
pulus scripsit , sed non fuerunt ex nobis . Si enime
fuissent ex nobis , utique mansissent nobiscum .
Hac quidem in disseminandis suis perversis
doctrinis ac PROPHANIS NOVITATI-
BUS Diabolica utuntur versutiâ ut sagaci-
ter observavit idem Sanctus Cyrillus , ut siqui-
dem

Idem S.
Cyrill.

dem quis simplicium illorum reperit sermones
(ac PROPHANAS NOVITATES) existi- de recta
mabit quod verisimile est. Et recta & vera di- fide ad
cent, quæ à veritatis dogmatibus non ablu- Reginas.
dant. At si quis voluerit in vestigare dili- pag. mi-
genter, & examinare dicta (& PROPHA- bi 687
NAS NOVITATES) corum, non simplicia in- col. 2. D.
veniet. Mosenim hereticorum (seu PRO-
PHANARUM NOVITATUM Magistro-
rum) est, inquit idem Sanctus Doctor alio lo-
co, etiam ea, quæ rectè dicta sunt, in adulteri-
num sensum pervertere. Abducimus autem
nullo modo intelligentes quod errant, & ipsas
divinas scripturas corruperint. Proinde no-
strum fuerit, digna & sententia congrua proferre
verba. Et si isti non rectè intelligunt, nihil ad
nos. Ipsi audient Prophetam dicendem: Va-
his, qui dicunt malum bonum, & bonum
malum. At qui nulla communio est lucis &
tenebrarum, nulla conspiratio Christi & Belial.
Nam nos ingrediemur viam rectam, & nihil ad-
ulterini habentem, hoc est semitam regiam, &
non obliquam, sive ut explicat alibi, nec in dex-
trum, nec in sinistram, declinantem. Regiam
hanc semitam sublatis offendiculis, ac valido
ense resectis HYDRAE - PROPHANARUM
NOVITATUM Capitibus doctè & solidè in
hoc opere sternit R. P. ALEXANDER à S.
THERESIA, Sac. Theol. Professor Ord. Fra-
trum B.V. Mariae de Monte Carmelo: In
quo præterea cum nihil contra fidem ortho-
doxam, nihil sacræ Matris Ecclesiæ deter-
minationibus, nihil supremorum Christi in
terris vicariorum, summorum Pontificum,

* 4

Sancto-

Idem S.
Cyrill. ser
de incar-
nat. uni-
genit. pag
mihi 125
col. 2. F.

Idem
Cyrill.
Lini. d.
Tral. lib
1.p. 4 11
col. 1. F.

Sanctionibus aduersum, aut bonis moribus
dissonum offenderim, illud quantum in me
est, cum non incerta, nec dubia publicæ utili-
tatis spe prælo dignum esse, sensi ac censui.
Lovanii ad S. Catharinæ 25. Junii. 1683.

F. Jacobus à S. Antonio Exprovin-
cialis, olim Sac. Theol. nunc vero
Sacr. Litterarum Professor Ejus-
dem Ord.

Quam



Quā rectē ad Patres Trident. Joannes Bap-
tista de Burgos : in explicandis & inqui-
rendis initius novitatum, quam primum in-
surgunt summa & prompta diligentia adhibe-
tur. Non est, Patres, non est Pastoribus Ecclesiae,
non Regibus, non Magistratibus, non Principi-
bus, nec Doctoribus ac Theologis, segniter
dormiendum. Alius enim cura, aliis vero prote-
ctio, & conservatio Ecclesiae sacrosancta comittit-
tur. Nam ex NOVITATE, cupiditatis so-
ciā non raro, imo semper Religionis, inde
Reip. regni, & orbis malum. Testis est ipsa in-
tot seuntas scissa Europa. Novitas Hæresim
parit, Hæresis animorum dissidia, & hæc ani-
marum simul & Regnorum interitum. NO-
VITATIS ardor Angelis ruinam, Protopa-
rentibus exilium dedit. Eoque ipso pericu-
losior hisce Novitas erat, quo specioso scien-
tiæ boni & mali titulo occultabatur. Quod
hodiè sint, etiam mulierculæ, NOVITATE
sciendi bonum & malum adductæ, sub spe-
cioso sacrosanctis litteris fructus carpendi
titulo seductæ, non ignoramus. Seducun-
tur à propriâ ad NOVITATEM pronâ incli-
natione, seducuntur ab iis, qui Humiliter ir-
repunt, blandè capiunt, molliter ligant, latenter
occidunt: Non nisi puri Evangelii veritatem,
non nisi Christi humilitatem buccinantes,
quia non possent veras & simplices oves fallere,
nisi Christi nomine tegerent rabiem bestialem.
Hinc non importuna, etiam modo, S. Leonis,

S. Leo.
serm. 15.

* 5

quæ



que & omnium deberet esse Pastorum , adhortatio. Hos itaque homines (hæreticos dilectissimi per omnia execrables atque pestiferos, quos altarum regionum (nobis vicinarum) perturbatio nobis intulit crebriores, ab amicitia vestra penitus abdicate; vosq; præci pue mulieres à taliū notitia & colloquiis abstinete: ne dū fabulosis narrationibus incantus delectatur auditus in Diaboli laqueos incidatis. illud quoque vos , dilectissimi , obsecrans moneo , ut si cni vestrū innotuerit , ubi habitent , ubi doceant , quos frequentent , & in quorum Societate requiescant , nostra sollicitudini fideliter indicetis: quia parum prodest unicuique , quod protegente Spiritu sancto ab istis iste non capitur si cum aliis capi intelligit , non movetur. Contra communes hostes , pro salute communii una omnium debet esse vigilancia : ne de alicujus membra vulnerere etiam alia possint membra corrumphi: & qui tales non prodendos putant , in iudicio Christi inveniantur rei de silentio , etiam si non contaminantur assensu. De silentio reus non arguat Rev. P. Alexander à S. Therèsa Ord. FF. B. V. Mariæ de Monte Carmelo S. Theol. Professor , ut verus quippe Anti-novator silentium rupit in suo Religionis Clypeo , in suo Præcone Mariano &c. ac modo debita contra communes hostes vigilancia rumpit in suā profanarum Novitatum hydra , in quā NOVITATE M periculosa hæreseos matrem , hæresim omnium malorum originem demonstrat: ejus radices , licet altas egerit deregit , latebras prodit , ac cōstanti SS. Patrū doctrinā , Traditionum ac SS. Litterarum in fallibili

fallibili authoritate ipsum in eo , cui heretici
serviunt, diabolum debellat. Unde cum ali-
undè nil heterodoxum aut bonis moribus
contrarium contineat, cum summo Catholi-
corum fructu imprimetur, ac per Belgii par-
tes hæresi infectas dispergetur. Dabam Lo-
vanji 11. Augusti 1683. in Conventu nostro
ad S.Catharinæ.

F. Eliseus à S.Cyrillo Ord. FF. B.V.

Mariæ de Monte Carmelo S.

Theol. Professor.

* 6

Sapien-

—
Apientissimus vates & profundissimus se-
cretorum cordis interpres Daniel crassam
correcturus Darii regis & Babyloniorum,
Belii inanimem statuam pro Numine adoran-
tium, ignorantiam, prudenti consilio subdo-
lam Sacrificolorum Beli, eundem pro vivo &
ventripotentè Deo, ut suo tantum suorumque
abdomini ac genio, eo pinguis & largius lita-
rent, venditantium, detexit nequitiam, cri-
bratis per pavimentum templi cineribus, qui-
bus incauta helluantum falleret vestigia: hoc
enim Stratagemate istorum detectâ fraude
absq; ullis aliis argumentis Regi omnem faci-
le abstesit errorem.

Hæreles qui singuñat, idola fabricant, quæ
ab omnibus divinâ fide venerari volunt, ina-
nia cerebri sui figmenta pro veris oraculis ubi-
què proclamantes: *Ego inquit Lutherus. a scio*
mea dogmata habere de cœlo. Et Calvinus (b)
Je Prophetam Dei professus est. Unde S. Augusti-
nus (c) ait: *Non aliunde nata sunt hæreses,* &
*quædam dogmata perversitatis illaqueantia ani-
mas, quam dum scripturæ bona intelliguntur*
non bene, & quod in eis non bene intelligitur, et-
iam temere & audacter asseritur: cui consonat
S. Ambrosius: (d) *hæreticos vocans, qui per*
verba legis, legem impugnant, ut perversitatem
mentis suæ legis autoritate commendent. Quæ
arte multos illi fallunt: purum enim verbum
Dei, est Belus ille & fictum simulacrum; sub cu-
jus specie falsitatem tanquam vivi Dei proge-
niem maxima nunc pars Septentrionis adorat.

Sed non melius confunditur imperitæ
multitudinis inscitia, quam si novi Evangelii
Præconum detegatur nequitia, juxta Salvato-
ris



ris nostri (a) Saluberrimum consilium: *At-*
tendite à fassis Prophetis qui veniunt ad vos in ^{a Matt. 7}
vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi
rapaces: à fructibus eorum cognoscetis eos: ac
si diceret: attendite vobis à novis Evangelij
seminatoribus, qui sub verbis Apostolorum &
Prophetarum gerunt vestimenta ovium, in-
tus autem in ipso sensu verborum sunt lupi ra-
paces & animarum prædones. Ita enim hunc
locum ante nos interpretatus est Vincentius
Lyrin. inquiens. (b) Quid est vestitus ovium, ^{b Lib.}
nisi Apostolorum & Prophetarum proloquia? ^{cont. pro-}
quis sunt lupi rapaces, nisi sensus hereticorum feri ^{fan. heres}
& rabidi? Sed ut fallacius incantis ovibus obre-
panit, manente laporum feritate depoçunt lupi-
nam speciem, & sese divinae legis sententiis, velut
quibusdam velleribus obvolvunt. Iстis ergò ex-
terior pellis ovina detrahenda est ut aliis appa-
reat lupina eorundem intus latens ferocia: fa-
cile enim omnes cessabunt admirari fictas vo-
ces ovium, cum adverterint sub istarum vel-
lere naturam laporum.

Hoc autem ingeniosè & perdoctè præstitit
in sua profanarum novitatum Hydra R. A. P:
Alexander à S. Theresia S. Theologiæ in con-
ventu Carmelitarum Lovaniæ Ordinarius
Professor, in qua hærefoes capita, quibus Ce-
raſtae instar in terra occultatur, ut eo pericu-
losius pictis suis cornibus ad volantes fallat a-
vicolas, tam aptè scivit ex purissimis sacræ
Scripturæ, Traditionum & Sanctorum Pa-
trum fontibus eruere, ut nemo sit, qui dolum
latentis Hydræ advertere & sibi ab ejusdem
malitia præcavere nequeat. Gloriosus author
non minus in hoc opere, quam alias in Clypeo
Reli-

